



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. V. Eadem veritas ratione morali suadetur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

DE OPINIONVM PROBABILITATE.

271

deponantur. Item in capite Inquisitione de tentatione excommunicatus propositus esset casus. An con-
sensus habens conscientiam de impedimento dirimente, posse reddere & exigere debitum conjugale? Respon-
detur distingendo, an talis habeat huiusmodi con-
scientiam ex crudelitate probabili & discreta, an vero
ex crudelitate levi & temeraria? & in hoc secundo
casu dicit textus: Quod ad pastoris sui consilium (con-
scientia levi & temeraria crudelitatem explosa) licet por-
trit non solum reddere, sed etiam exigere debitum con-
jugale. Per parenthesem illam innuens, quod si
crudelitatem illam, eti si vel temerariam, non ex-
ploderet, sine dubio, debitum petendo vel red-
dendo, peccaret.

Confirmatur ex Divo Thoma quodlibet o-
ctavo, articulo decimo tertio, ubi ait: Duobus mo-
duis aliquis ad peccatum obligatur: uno modo faciendo
contra legem, ut cum aliquis fornicatur; alio modo fa-
cendo contra conscientiam, etiam si non sit contra legem,
ut si conscientia dicat aliquid quod levare fecerit, de
ira si peccatum mortale. Ex conscientia autem obliga-
tur aliquis ad peccatum sive habeat certam fidem de con-
vicio eius quod agit, sive etiam habeat opinionem cum
aliqua dubitatione. Ergo ex D. Thoma ille peccat,
qui elicit aliquid actionem, quam ex conscientia
dubia seu scrupulosa existimat esse illicitam,
licet talis actio re vera non sit illicita, nec legi di-
vine contraria. Unde cum ille qui habet consci-
entiam probabilem, immo & probabiliorum, de
malitia sua operationis, fortiora motiva habeat
& magis convictionem, quod ea illicita sit, quam
ille qui ex conscientia dubia seu scrupulosa eam
malam existimat, si iste peccet, a fortiori & ille
peccabit.

S. V.

Eadem veritas ratione morali sua-
detur.

RATIONES hucusque expositae, Theologi-
cæ sunt, & expurissimis ac limpidissimis
Angelici Doctoris fontibus sumptæ; ea quam
hic expendemus, moraliserit, & ex dictamine
prudentiae, seu communivitorum prudentum
judicio & existimatione petitæ, ac fundata in
perceberi illo factorum Canonum dogmate:
In dubio tueri pars est eligenda, de quo fuscus articu-
lo quinto. Cùm enim dubium sit ac incertum,
antece operemur, sequendo sententiam mi-
nus probabilem, in concursu probabilioris, &
nullus dubitet licere sequi probabilem &
tuitum, reliqua minus tutæ & minus probabili,
testa ratio & prudenter suadent, huic potius
adhærente sententia, qua nulli prorsus errandi
aut peccandi periculo nos exponit, quam illi
qua nos probabiliter saltem errandi & peccandi
periculo reddit obnoxios.

Gallici Annales referunt, Henricum IV, re-
centis & inclitæ memorie Gallorum Regem,
cum ex colloquio, quod eo postulante habitum
est inter Doctores Catholicos, & hereticæ præ-
varicarii Ministros, audisset ab his, qui tum ade-
rant hereticis Ministris, eos qui Catholicam si-
dem sequerentur, dummodo pœ & recte vive-
rent, in via æternæ salixis ambulare; Catholicis
Doctoribus ex auctoritate ales verantibus, eos
qui Calvinistarum doctrinam sequentur, non
posse ad æternam felicitatem pervenire; Re-
gem, inquam, sapientissime dixisse, id prudenti
consilio convenire, ut Catholicam & Ro-

A manam potius fidem amplectetur, quam
Calvinianæ lectæ adhærente perseveraret; quippe ex partis utriusque consensu, se posse, Ro-
manæ Ecclesiæ fidem profitendo, futura beatitudinis compotem fieri; at secundum Catholicorum doctrinam, si Calvinianam heresim non
abjuraret, æternæ damnationis penam devita-
re non posse: viri potro prudentis esse, in salu-
tis negotio partem tuiorem sequi. Quæ ratio
in summo Princeps usque adeò valuit, ut repudiatis Calvini erroribus, in Romanæ Ecclesiæ
partes migraverit.

Sicut discutitur in praesenti materia uti licet:
cum enim incertum ac dubium sit, an liceat se-
qui sententiam minus probabilem, in concursu
probabilioris, idque plures graves & docti
Theologi constanter negent: econtra vero omnes Doctores, tam qui nostra adhærent sen-
tentias, quam qui oppositam amplectuntur, u-
nanimiter, nulloque proflus discrepante, tuto
nos posse probabilem sequi sententiam, re-
laxed minus probabili, profiteantur: nonne vi-
ti prudentis est, in salutis negotio, a quo tota
hominis pender felicitas, tuiorem & proba-
biliorem partem sequi, reliqua minus tutæ, &
minus probabili, nec se expouere probabili in
materia morum errandi periculo, in qua (ut ait
Lib. 3.
cap. 7.
Lactantius) si quid erratum fuerit, vita omnis everti-
tur.

Confirmatur: Homo non minus debet esse
cautes in his quæ ad salutem animæ spectant,
quam in illis quæ ad salutem corporis pertinent:
Sed quin istis uteretur opinione minus proba-
bili, reliqua probabilitati, imprudenter omnino
& stulte ageret; verbi gratia, qui medicamentum
reciperet, quod probabilius putaret esse morti-
ferum, vel qui navi se committeret, quam pro-
babilius crederet perirram; aut qui sponte in-
gredieretur sylvam, quam probabilius putaret à
latronibus inhabitatam: Ergo à fortiori impru-
denter aguat, qui sautem spiritualem animæ, op-
pinionem minus probabili, & minus tutæ com-
mitunt, & qui (ut verbis Hugonis Victorini utar)
non timent animæ sua legem dare, quam corpori suo
prescribere nolant.

Confirmatur amplius: Si ex precepto pru-
dentie tenemur emere vestes, quæ meliores &
commodiores nobis apparent, & sumere medi-
cinam, quam credimus salubriorem, aut eligere
viam, quam arbitratur tuitiorem; a fortiori pru-
denter imperat, vel saltem suadet, in materia mo-
rum probabiliores, & tuiiores vias selectari, &
veriore eligere quam vestimentum, ut discurrat
Divus Chrysostomus supra paragrapho secun-
do relatus. Et certe filii buis facili prudenter filii
lucis in generatione sua sunt, ut ait Christus Lucas de-
cimo, homines enim saeculares & mundani, in
agibilibus facili, & bonorum temporalium ad-
ministratore, omnem quam possunt securita-
tem sollicitare querunt: novi autem hujus facili
Theologi & Calvistæ, quibus animalium cura
commisla est, & qui divini luminis dispensato-
res & ministri (ut Dionysius Angelos appellat)
non incongrue dici possunt, vias minus
tutæ, & minus probabiles, probabilioribus &
tuioribus anteponi posse profitentur: idque
in salutis negotio, quod omnium maximum est,
& a quo, ut supra dicebamus, tota hominis pen-
det felicitas: & quod milite magis, in ipso eti-
am mortis articulo, in quo æternitatis iacit a-
lea; mortis enim articulus (inquit) novam
opera.

operationum mortalium legalam non inducit, subindeque quod in decursu vite licitum est, in ipso etiam mortis articulo, tuta conscientia fieri potest.

Sed quam noxia & periculosa sit hæc sententia, non solum rationes adductæ manifestè declarant, verum etiam plura suadent exempla, à gravissimis Authoribus relata: inter quæ illud celebre est, quod de quadam Philippo Cancellario Parisiensi (Quem damnatum esse dicunt, eò quod beneficiorum pluralitate nolens contra aliorum sententiam renunciare, in ipso mortis articulo dixerit le velle vim probabilitatis opinionum experiri, & videre an hac ad damnationem sufficeret) referunt Dionysius Cartusianus opusculo de pluralitate beneficiorum, Spondanus, & Maluenda ad annum millesimum ducentesimum trigesimum octavum, & ante illos Cantipratanus, integer imæ fidei vir, & ut ait Cartusianus, litteratus & nobilis, libro primo de apibus capite decimo nono, paragrapto quinto, ubi de predicto Philippo loquens, sic ait: illam agonizantem in morte Guillelmus Parisiensis Episcopus patens solitudine visitare, rogauique cum ut opinio cetererit de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia sua, excepto uno in manus Ecclesiæ resignaret. Rerum ille, experiri se velle dicens, utrum esset damnabile beneficium pluriattene. Mortuus est ergo. Post paucos autem dies, cum dictus Parisiensis Episcopus, finitus Macutinus, orare vellet, vidit inter se & lumen quasi umbram hominis terram nimis: Elevata ergo manu confignisse, & si ex parte Divisit, præcipit ut loquatur. Cui respondat apparet: Alienus à Deo sum, sed ramen miserabilis factura equus. Et Präful: Tu quis es? Cuicunque respondit: Ego sum Cancellarius ille datus miserrimus. Rursum Episcopus, elevat altius gemitus. Et quomodo, inquit, tibi effici dolent? Male, ait, inquit quām pesante, qui damnatus sum aeterna morte. Et Episcopus: Heu ait, charissime, que causat te damnationis? Tres sunt, inquit, causa quare morte perpetua sum damnatus. Prima est, quod recentiores fructus annos contra pauperes timide reservari. Secunda est, quod contra senectem plurimorum, de pluralitate beneficiorum quasi licet tenendorum, opinionem propriam defensavi, & in hoc me periculum mortalis culpæ commisi. Tertia est, & illa gravissima omnium, quod abominabili carnis virtute, in scandala multorum, multo tempore laboravi. Et ad Episcopum mox subiunxit: Estne (inquit) finitus mundus? Et Episcopus: Miror, ait, te literatissimum quondam virum hoc querere, cum me adhuc vivum cernas, & omnes nos viventes adhuc mori necesse sit, antequam mundus instanti iudicio finiatur. Et illi: Non mireris, inquit, quia nec scientia, nec opus, nec ratio est apud inferos viventi. Et haec dicens, umbra ab oculis mirantis evanuit. Ipse autem Episcopus (non tamen sub persona sua, quasi hoc vidisset) in predicatione sua clericis omnibus recitat. Hæc Cantipratanus. Ex quibus evidenter habetur, unam ex causis damnacionis illius Cancellarii fuisse, quia contra plurimorum sententiam tenuerat licitum esse habere plura beneficia, & in hoc se damnationis periculo exposuerat: Sed haec sententia tunc temporis erat probabilis; nam, ut ait Divus Thomas (qui eodem tempore vivebat, & qui Cantipratani fuit condiscipulus) quodlibet non uno articulo decimo quinto. Inveniuntur de ista questione (an scilicet licitum sit, habere plures præbendas) Theologi Theologii, & Juristi Iuris contraria sentire: Ego periculum

A damnationis reperitur in sequenda opinione minus tuta & minus probabili, in concursu probabilioris & tutioris.

Quod alio exemplo relato à Beato Petro Damiano, p̄fissimo & doctissimo Cardinali, opusculo trigesimo quarto, capite quinto confirmari potest. Clericus (inquit) Ecclesia radum fluminis transibat & ecce Beatus Severinus, eiusdem Ecclesia nuper Episcopus, equi eius haec apprehendit, eumque retinens fit. Cumque illi stuporem versus, & graviter admiratus, cur illic tam clarus, & tam celebris fama vir moraret, inquireret; da mihi, ait, manum tuam, & quæcūq; me sunt non audita disce, sed tactu. Cumque datam manum fluctibus Episcopus immersasset, tantum amara absorbit, ut undique carnes eius resolute diffundat, & ossa nuda virginitatibus articulis remaneant. Ad quem Clericus: Cum nomen, inquit, tuum in tanta hæc redictione sit apud nos, & fama tua coniuncta tamen Ecclesia preconis celebratur, cur te pecculæ hec vorax constringit, tantoque, probolo! incendio cruciatum. Ad quem sanctus Episcopus: Nihil, ait, aliud in membris ultio plectendum, præcepto hanc tantum, quia dum in aula regia constitutus, imperialis me consuetu vehementer implici, Canonica iuxta officia per distincta horarum spatia non persolvit: mane quippe simul omnia conservans, tota die negotiis ingravida securi libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam Horarum, ardoris huius fero supplicum. Ex quo patet, sanctum illum Episcopum in purgatorio gravis cruciatum, ob eam solum rationem, quod utimperatorie curia negotiis per diei decursu libriū vacaret, Horas canonicas matè totas simul recitabat: Atqui tunc operabatur ex opinione probabili, cum plures Calvistæ docent licitum esse, ob rationabilem causam, Horas divini Officii prævenire, illud que totonc mandat similitudine, quando oportunitas illud horæ debitis recitandi, propter urgentes occupationes, prævidetur non affutura: Ergo falsum est, omne probabile esse licitum & honestum, & quamcunque opinionem probabilem, probabilitate quantumvis tenui, excusat à peccato, ut recentiores Calvistæ docent: subindeque veriores & probabiliores tententias eligere semper tenemur, & prudens illud Augustini consilium lequi: In his qua salutis sunt, TENE CERTUM, DIMITTE INCERTUM.

§. VI.

Aliud argumentum morale.

DASIT veniam Lector eruditus, si ad hoc novorum Calvistarum dogma, cuiusdam est virus, ut omnem penè Theologiam moralem inficerit, penitus vestendum, aliud argumentum morale subiiciam, ex eo desumptum, quod in antiquis Patribus, & in Ecclesia Doctoribus, nullum extet ipsius vestigium; ut vel ex eo certi potest, quod nullus omnino à Calvistis, ad illud stabiliendum, vel Scripturæ vel Patrium locus adducatur. Cogit autem apud se, quæcum in re omnium gravissima fiducia vult (subdit eleganter VVendrochius) an aliquid versilitudinis habeat, precipuum cardinalis Theologia moralis, ab omnibus Patribus ignoratum sit. & hi postrem temporibus reticulum. Omnia probabilitate doctrina, siquidem vera esset, & non insidians ferocitatem afferret, nil commendis, nil ad cœlum dos scrupulos aptius, nil ad complanandum felius i-